

DOKUMENTY A MATERIÁLY

UDALOSTI FRANCÚZSKO-RAKÚSKEJ VOJNY ROKU 1809 VO VZŤAHU K PREŠPORKU ZAZNAMENANÉ V LETOPISOCH KAPUCÍNŮV

MATEJ ČAPO



ČAPO, M.: Events of the Franco-Austrian War of 1809 in Relation to Pressburg, as Recorded in the Annals of the Capuchins. *Vojenská história*, 2, 29, 2025, pp 73-90, Bratislava.

In 1809, the Franco-Austrian war significantly affected life in Pressburg (today's Bratislava) and its surroundings. However, only a few ego-documents provide testimony regarding the events that occurred in this region. Chronicle entries of some Pressburg monasteries are a valuable source of information about these events. One of these is the *Annales P. P. Capucinatorum*, housed in the state archive in Bratislava, which has so far escaped the attention of historians in this context. This contribution consists of a transcription and annotated Slovak translation of a selected Latin-written section of the *Annales P. P. Capucinatorum*, which details events related to the military campaign of 1809. The relevant records cover the period from 17 May to 22 November 1809. To preserve authenticity, the transcription retains the original capitalisation. Abbreviated words are spelled out in square brackets. In the manuscript, subheadings appear as marginal notes alongside the relevant paragraphs.

Keywords: Military history, Austrian Empire, Napoleonic wars, Franco-Austrian war in 1809, Pressburg, Capuchins, *Annales P. P. Capucinatorum*.

DOI: <https://doi.org/10.69809/vojhist.2025.29.2.4>

Život v Prešporku a jeho okolí v roku 1809 značne ovplyvnila francúzsko-rakúska vojna. Od začiatku júna sa nepriateľ takmer poldruha mesiaca neúspešne pokúšal ovládnuť opevnené prešporské predmostie, ktorého základ sa nachádzal na ostrove Mostná niva.¹ Samotný Prešporok opakovane čelil delostreleckému ostreľovaniu a bombardovaniu. Napriek tomu, že sa nepriateľovi nepodarilo mesto dobyť, na základe prímeria podpísaného v noci z 11. na 12. júla v Znojme sa aj Prešporok stal súčasťou francúzskej strany demarkačnej línie. Dňa 14. júla Prešporok obsadili nepriateľské jednotky, ktoré ho viac než štyri mesiace okupovali.² Vojenské dianie a nepriateľská okupácia sa zásadne dotkli predovšetkým miestnych obyvateľov. Svedectvo o tomto takmer pol roka trvajúcom období nám však prináša iba málo ego-dokumentov. Cenný zdroj informácií predstavujú kronikárske diela niektorých prešporských kláštorov.³ Jedným z nich sú *Annales P. P. Capucinatorum*

¹ Územie dnešného Sadu Janka Kráľa v Petržalke.

² K bojom o prešporské predmostie a okupácii Prešporka bližšie pozri napríklad: ČAPO, Matej. Generálmajor Bianchi – Vojak, ktorý ubránil prešporské predmostie v roku 1809. In: *Historická revue*, 2022, roč. 33, č. 11, s. 34 – 40; ČAPO, Matej. Okupácia Bratislavy v roku 1809. In: RYBÁR, Lukáš – ŠKORVANKOVÁ, Eva (eds.). *Acta historica Posoniensia XXXII. Historické štúdie*, 2017, s. 62 – 83; ŠPIRKO, Dušan – LUPTÁK, Miroslav. Obrana bratislavského predmostia vo francúzsko-rakúskej vojne v roku 1809. In: *Vojenská história*, 2002, roč. 6, č. 1, s. 3 – 28; VYČISLÍK, Alojz. Napoleonské vojny a Bratislava. In: KALESNÝ, František (ed.). *Bratislava. Spisy Mestského múzea v Bratislave*, zv. IV. Martin : Osveta, 1969, s. 209 – 256; WRETZL, František. Bratislavské predmostí v r. 1809. In: *Vojenské rozhledy. Revue militaire tchécoslovaque*, 1923, roč. 4, č. 1, s. 1 – 20.

³ Publikovaný bol prepis a komentovaný slovenský preklad kroniky Milosrdných bratov. Bližšie pozri: ČAPO, Matej. Udalosti francúzsko-rakúskej vojny roku 1809 vo vzťahu k Prešporku zaznamenané v kronike Milosrdných bratov. In: *Vojenská história*, 2023, roč. 27, č. 4, s. 89 – 100.

(*Letopisy otcov kapucínov*) uložené v Štátnom archíve v Bratislave,⁴ ktoré v tejto súvislosti dosiaľ unikali pozornosti historikov.

Cieľom príspevku je predložiť čitateľom prepis a komentovaný slovenský preklad⁵ vybranej latinsky písanej časti *Annales P. P. Capucinatorum*, ktorá opisuje dianie súvisiace s vojnou roku 1809 vo vzťahu k Prešporoku. Relevantné sú záznamy týkajúce sa obdobia od 17. mája do 22. novembra 1809. Text je písaný úhladným humanistickým písmom. Jeho autor nie je podpísaný, avšak na základe komparácie rukopisných textov v rámci skúmaného diela sa možno domnievať, že ním bol páter Eucharius. V záujme zachovania autenticity je pri prepise textu zachovaná pôvodná transkripcia vrátane používania kapitálok. Skrátene slová sú rozpísané v hranatých zátvorkách. Podnadpisy sú v rukopise uvedené ako marginálie k príslušným odsekom.

Novum Bellum

En Novae, et inexpectatae miseriae! Recrudescente enim iterum Bello inter Nos, et Gallos, Hostis tanta Celeritate occupavit Viennam, Ut 17^a Maij jam in adversa Danubii Rippa Circiter 1400 Eqvites Galli constiterint, qvibus tamen amoto jam prius Volatili Ponte cum omnibus alijs Navigiis transitus non patebat, Unde relicto hac Vice Posonio per Austriam ad Locum Pugnae properarunt, qvae habita fuit cruentissima 21^a Maij intra Aspern, et Eslingen. Esto autem Pugna haec hucdum invicto Napoleoni infaustra fuerit, qvia tamen Nostri Victoriam prosecuti non Sunt, Sed libere Hostem fugere permiserunt, brevi intervallo Se recolegit, auctisq[ue] ex Bavaria, et Imperio Copiis, ad finem Mensis Maij rursus Posoniu[m] expugnaturus advenit, inq[ue] Köpstin consedit, et qvamvis in obposita Danubii rippa Milites Nostri, qvantum brevi temporis intervallo fieri licuit, Aggeres, et Valla construxerint, nihilominus tamen Galli Copiosi paucos adhuc eotum Nostros aggressi, 1^a Junij Sclopis, et Tormentis Circa 8^{va}[m] hora[m] Vespertinam Eos impetentes, hora 10^a ex Pagello, Engerau dicto, et a Nostris prius exusto, expulerunt, unde deinde maximum damnum illatum est Civitati per explosionem Tormentoru[m], et Mortarioru[m].

Obsessio Posonij

Nam jam die 4^a Junij ab hora 10^a Matutina usq[ue] 3^a[m] Pomeridiana[m] grandibus Tormentorum globis impetivere Civitatem, qvorum duo Cecidere ad Nostrum Hortum cum Una granata, cujus 4^{ta} pars inventa ponderabat ultra 3 libras, Sine tamen alio aliquo damno vel apud Nos, vel in Civitate Causato, praeterqvam, qvod Unam Personam mactaveri[n]t, et paucos alios laeserint. – Diebus intermediis Solummodo in Engerau Certatum est Sclopis, Bajonetis, et gladiis, audiebat[ur] tamen interdum etiam intermixtus Tormentorum fragor, qvin tamen Nostri ex Aggeribus exturbari potuissent. Sed 12^a Junij ingentem Copiam globoru[m], et Pyrobolorum, Vulgo Kartacs ad Civitatem evibrantes magnam ruinam Causarunt Monialibus S. Ursulae, et domibus Civium attamen Sine incendio usqve 15^a[m] ubi Suscensus est Pons Danubialis, et in medietate Combustus, unde ad usq[ue] reparationem

⁴ Štátny archív v Bratislave, Bratislavské kláštorý, Kapucíni, IV. B. 3. b. Knihy kapucínov, 2. Historia domestica, Annales P. P. Capucinatorum, fol. 676 – 680.

⁵ Za pomoc pri preklade ďakujem PhDr. Alexandre Corbett Dekanovej a Mgr. et Mgr. Martinovi Neumannovi, PhD.

Ejus nullae Suppetiae mitti poterant, qvodo vero Notatu dignum, est: Qvodo qvotiescunq[ue] Aggeres in Engerau Hostes aggressi sunt, toties etiam ad Urbem Copiosos globos, ac Bombas evibrarunt, unde factum, qvodo 26^{ta} hujus etiam Conventus Noster circa 11^a[m] Noctis ex iis participaverit, nam duo globi Ejus Tectum perforarunt, Una vero ex maximis Bombis acervum Lignorum in Area dissipavit, qvin tamen ea accendisset, licet nimium quantum adusta fuerint.

Incendiu[m] 1^u[m] in Urbe

Ast longe funestioem Stragem causaverunt in Platea Capitulari per Unam Bombam, cadentem in Domum Parochialem, qvae illico exarsit, et qvoniam Videntes Hostes ignem, incessanter eo direxerunt Mortaria, et Tormenta cum globis, et Cartatsis, ita ut nemo Sine Vitae periculo Succurrere posset, infelicitate tota Platea usq[ue] ad Eccl[esi]a[m] Collegiatam, demptis 3 Domibus, igne Concremata est. Praeterea etiam in inferiori platea S. Michaelis, et in Vedricz aliquot Domus exustae Sunt, in Vicinis autem omnes fenestrae Confractae. – Die 27^a Vesperi adveniens Ipsemet Rex Franciscus, divertit ad Palatium Primatiale Suburbanum, Sed nec illuc Sine omni periculo, nam mortiferi globi ad usque adjacentem Hortum advolarunt. – Die 28^a Monarcha videns Ruinam Civitatis, et accedens Curiam Civicam, ibidem Congregatis Commissariis, deditionem Civitatis postalantibus, ne ex integro pereat, lachrymabundus respondit: Defacto totam Monarchiae Conservationem dependere ab hac resistantia, unde adhuc tantisper sustineant, qvodoqvod enim damni patienter, Se resarcire paratu[m] esse qva promissione percepta, omnia subseqva damna patienter tollerabant Cives, Rex vero, videns nec Personam Suam hic esse Securam, discessit, qvodoqvodo modum jam prius fecere Magnates, et Potentiores Cives, Qvi Se partim ad Suas Possessiones, partim vero ad Loca vicina contulerunt securitatis Causa Nec inmerito.

Incendium 2^{dum}

Nam subseqva Nocte horribilis facta est explosio omnis generis Tormentoru[m], et Mortariorum, unde non modo in Schlosberg plures Domus Judaeorum, Una cum Diversorio ad Albam Crucem, et Vicino Macello succensae, exarserunt, verum etiam Una grandior Bomba, Tectum Eccl[esi]ae Nostrae Una cum fornice transverberans, inq[ue] adversum Parietem vi maxima impingens, rupta magnam nobis ruinam Causavit, Siqvodo Vicinae duae Arae Laterales, et plura scamna a frustis disruptae Bombae viciata, fenestrae vero omnes tam in Eccl[esi]a, qvam in Choro per vehementem impetum fragoris confractae extiterunt, Sine tamen /:Deo laudes:/ Incendio, esto enim alia Bomba parietem ante ingressum Ianuae Conventus rapuerit, esto plures Conventum, Ecclesiam et Hortum transvolando ruptae sint, esto deniq[ue] Una granata Tectum Repositorii Doliorum Nostrorum accenderit, tamen per Vigilantiam Coqvi Nostri Fr[at]ris Floriani illico ignis extinctus est.

Incendium 3^{tiu}[m]

Non ita felix erat ipsa Civitas; nam Bomba Una succendit Curiam Civicam et Stabulum Primatis cum aliqva parte Palatii Ejus exiqva, interim hic Ignis facile extinctus est, verum Longe majorem produxere aliae Stragem, exusta est enim pars sanctimonialium Ursularum cum pluribus vicinis Domibus, item intra, et extra Portam S. Laurentii omnes Domus ad usq[ue] forum pro Vendendis Viridariis destinatum, unde undiq[ue] clamor, et Ejulatus magnus in Populo.

Protestatio Gen[eralis] Bianky

A 28^a Junij adusq[ue] 8^{va}[m] Julij Ipsa Civitas tantisper conqvievit, qvoniam Hostes Solum modo in occupandis transdanubianis Vallis, et Aggeribus desudarunt, omni Nocte aggredientes Militiam Nostram, ad Civit[at]em vero solummodo per intervalla globos evibrantes, qvod forte adseribi potest Protestationi Belli Ducis Nostri Generalis Bianky, in Engerau comandantis, qva[m] submisit Mareschallo Davou Belli Duci Gallico Köptsinium, Significando: indecorum, et contra omnem Bellicam consvetudinem esse, ut Urbs, quae nullam exercet hostilitatem, ubi tamen ex Arce per Tormenta, et Bombas Castris Gallicis magna damna Causare posset, incendiis vastetur. Interim qvidqvid Sit, Satis est, qvod hoc tempore intervallo nullum aliud infortunium contigerit, quam qvod globus tormentarius sutori cuidam in Porta Domus Sediti Pedem rapuerit, pueru[m] vero paenes Ipsum Stantem mactaverit. Interim conqviesscente tantisper Civitate, conflictus eo Crebriores erant in Aggeribus Trans Danubianis. Inter Reliqvos memorabilis est Dies 8^{va} Julij, qva jam hora 3^{tia} Matutina Hostis cum 7 Tormentis agressus Unum Propugnaculum Trans Danubianum expugnavit, et occupatis 5 Tormentis Militem Nostrum aliquvantulum retrusit, sed per Navalem pontem Succusum e Civitate accipiens, iterum exturbatus, non modo Hostis, verum etiam amissa Tormenta recuperata sunt, Caesis ultra 100 Gallis cum 3 Officialibus. Sed nec Nostri mansere indemnes, Nam Caeso uno Stabali cum pluribus Gregariis, Colonellus Benzur in Captivitatem incidit.

Pugna Decisoria infelix

Reliqvis Diebus in parte transdanubiana non amplius pugnabatur, siquidem maxima Pars Hostium ad Campos Marathonjos pro Pugna decisoria properabat, ne tamen Nostri id adverterent, omni Media hora unum globum Tormentarium ad Civitatem Volare fecerunt. Sed et Nostra Militia pro defensione Propugnaculorum n[on] necessaria, amoto Ponte Navali, qvi tantum aliquot diebus substitit, Ducente illam serenissimo Archi-Duce Ioanne Cis Danubium ad Eosdem Campos movit, ast, proh dolor! jam tarde, conflictus enim Cruentissimus, et pro Nostra parte funestissimus cum amissione ex utraq[ue] parte multorum Millium jam erat terminatus, hinc ea via, qva ivit, redire debuit:

Armistitium[m] 30 dierum

facile igitur conjecturare licet in qvas Angustias devenerint Posonienses, non obstante eo, qvod jam 11^a Julij Publicatum Sit Armistitium 30 Dierum inter Austriacos, et Gallos initum, firmatumq[ue].

Adventus Gallorum cum Vice Rege Ital[iae] & Discessus Nostrorum

Nec inmerito anxiebamur, Nam 14^a Julij hora 7^a Vespertina in Via demarcationis per Possessionem S. Ioannis, et Stomfam ducta, jam Una Phalanx Galloru[m] advenit, qva[m] sequenti Die aliquot Mille insequebantur, Nostra Militia Urbe excedente, et Castra extra Suburgium Plumenthal figente, qvin Una Pars Alteram infestasset. 19^a vero, qvo Vice Rex Italiae Posonium venit, Palatiumq[ue] Principis Grassalkovich insedit, Militia Nostra recessit ad Insulam Cittonum, Seu Csalo-Köz dictam, relictis solum[m]odo Excubiis pro Securitate Viae Demarcationis necessariis. Sed etiam Vice Rex cum Suis Sequenti die per Pontem a Gallis celeriter in Danubio constructum, transivit ad Partes Sopronienses, unde 24^{ta} Julij Sum[m]o Mane Posonii magnus Tormentorum fragor audiebatur, qvi durabat

usq[ue] Meridiem, seqventi vero die inde multi huc advecti Sunt Saucii tam Nostri, qvam Gallorum, ex Qvibus intelleximus conflictum fuisse cum Insurgentibus, non considerato Armistitio.

Adventus 8000 Saxonu[m]

Mensis Augusti 5^o in Locum discedentium Priorum Successere 8000 Saxones cum aliquot Centuriis Gallorum, et Itatorum, qvi postmodum narrabant, durante obsidione ex Engerau contra Civitatem 4000 Bombas, et granatas evibratas fuisse, in aggressionibus vero Vallorum, et Aggerum praeter 4 Generales, et Complures alios tam Stabales, qvam inferiores Officiales, ex Gallis, et Eorum Foederatis 17000 periisse, qvod tamen audire Civibus minime Solatiosum erat, cum odiosi hi Hospites per 6-8-10 Capita Domos Eorum insederint, qvos alere coacti sunt, non solum, verum etiam Proventus Comunes tam Civitatis, qvam Caesarios ad Se rapuerint, occupando Telonia, Pontem Volatilem, Tricessimam, Officium Salis, et Postae. Insuper nullum Civem aut Incolam extra Limites Urbis Sine Passualibus exmiserint, nec qvidem Religiosis, aut Ecclesiasticis Personis exceptis. Qvemadmodum nec a qvarterio dispensati sunt Conventus, et Alodia Sanctimonialium. Nos Capucini St[at]im ab initio accepimus 4 Currus Oneratos spoliis variis cum 16 Eqvis, et 8 Gallis, qvi Suos Eqvos ad Semi Vacuum Repositorium Lignorum introducentes, cum Stabulum tantum trium Capax existat, illuc faraginem Straminis, Faeni, et Avenae comportarunt. Pro fortuna non diutius illud occupatum tenere, qvam Semi altera die, et duabus Noctibus; nam Pater Guardianus Iustus Statim Seqventi Die Comissioni Mixtae in Curia Civica congregatae qvaerelam deponens, maximumq[ue] incendii periculum demonstrans, ab Ea Inqvisitores obtinuit, qvi rei veritate Comperta, Eos abire fecerunt. Non ita felices erunt PP[Patres] Franciscani, et Fratres Misericordiae, qvi ingratos Suos Hospites retinere debuerunt usqve plenarium abitum Eoru[m]. Maximum tamen Damu[m] Passae Sunt Ursulinae, qvibus in Alodio Suo Totum Stramen, foenum, Avena[m], et qvidqvid reperibile fuit, consumserunt.

Onomasis Napoleonis

Iam vero, esto haec omnia sat dolorosa fuerint, nihilomus justum hunc dolorem multum adhuc auxit apud bonos Cives Intimatum, et jam pridie per Tympana publicatum 15^a Aug[usti] in Colegiata Eccl[esi]a Celebrandum fore n[on] Festum Assumptionis B[eatae] M[ariae] Virginis, sed Onomasim Napoleonis, in qvem finem jam hora 4^{ta} Matutina explosa sunt in Arce Tormenta. Hora 9^{na} sub Vexillis, et diversa Musica Comparuit in Maxima Gala Diversa Militia, qvae partim in, et extra Eccl[esi]am, partim vero in diversis Foris collocata, sub Missa Solemni Sclopos exploserunt, qvemadmodum in Festo Theophoriae fieri assolet. Missa Solemnis, Cuj interesse debebant praeter Clerum, et Religiosos Ordines, etiam Antesignani Civitatis incepit qvamprimum Supremus Com[m]endans cum Suo Stabo advenit, et Terminata est cum Te Deum Laudamus, sub qvo etiam Tormenta explosa Sunt, idem factum in Meridie Sub pota Sanitate. Tandem Vesperi Civitatis major Pars illuminata.

Contributio a Gallis imposita

Interim, licet omnia hucdum relata, terifica, damnosa, et odiosa fuerint, tamen non adaeqvant id, qvod seqvitur: Adveniens Gallicus Generalis Intendens Riccé, significat a Suo Imperatore Comitatu, et Civitati Poseniensi intra Lineam Demarcationis existenti,

inpositam esse Contributionem 1,505,882 Francorum, cujus Una 4^a Solvi poterit in Schedis Bancalibus, alia 4^a In frugibus Viennam erga pretium currens devehendis, Dimidium vero in bona Moneta, vel Camsorialibus Literis. Caeterum ad rationem hujus Dimidii suppeditentur Merces pro Vestiendis Gallicis Copiis requisitae. Et qvidem –

5,637 Ulnae Gallicae Panni ordinarii pro Vestitu Exteriori.

4471 Ulnae dtto Panni Cerulei.

231 Ulnae dtto Panni Coccinei.

3794 Ulnae dtto Panni Albi.

14,344 Ulnae Gallicae Telae pro Subductura.

751 Ulnae dtto Telae non dealbatae.

22,549 Ulnae dtto Telae Albae pro Indusiis.

18,117 Librae Corii Vaccarum pro Calceamentis.

3529 Librae Corii bovini pro Plantis.

1412 Pelles Vitulinae pro Ocreis &c.

216 Eqvi – 491 Boves – Tandem 3064 Urnae Vini.

NB

Una Ulna Gallica facit semi alteram Nostrae.

Horum Omnium Pretium, per Gallos defigendum, Supputabitur ut Superius dictum fuit, è Summa Contributionis. Quid vero effective datum, aut Solutum fuerit, ad Nostram notitiam non pervenit.

Adventus Im[peratoris] Napoleonis

Augusti 31^a bono mane advenit et Ipse Napoleon Posonium, non tamen diu morabatur, postquam enim inspexisset Peripheriam, et Milites Suos in unum Congregatos, lustrassetq[ue] Arcem, Curavit Se duci per omnes Plateas tempore Obsidionis Concrematas, Subsistens cum Eqvo dixisse fertur Generalibus Suis, qvi Eum parites Eqvites comitabantur: Ah ista tamen extra Ordinaria fuit Crudelitas, Civitatem inermem, nec Se deffendentem ita destruere! quae Exclamatio utrum Sincera, aut Gallorum more Saltem ficta fuerit, problema esto, Satis Sit, qvod his dictis desolatam Civitatem reliquerit, et post horam 10^{a[m]} transeundo Pontem Danubialem gressus Suos, ut inaudivimus, Jaurinum versus direxerit. Hac Die, ut dicitur, finis fuit Armistitii, qvod tam[en] iterum ad Mensem prolongatum est.

Visitatio Conventuu[m]

Septembris 22^{da} Sub Prandio ad Conventum Nostrum Venit Commissarius Gallicus cum Duobus Officialibus perlustrans Cellarium, Pavimentum, Stantiam cum omnibus repositoriis, probabilius ideo, ut Si quem Defectum Alimentorum paterentur, haberent unde Supplerent. A Nobis ibant ad Franciscanos, Misericordianos, et etiam Moniales, unde non inmerito omnes Consternati Sumus, interim, cum Mixta Deputatio Illos aliunde Sufficenter providerit, mansimus indemnes. Interim Illi alterum Praetextum assum[m]entes, dixerunt: Se inspicere, utrum non Sint recondita Arma, Sicut in Hispania factum. Qvidqvod autem horum Sit, Satis est, qvod abeuntes declaraverint: Nos exiguum Provisionem habere.

Pax inita Viennae

Licet autem Armistitium ab Initio Saltem pro 30 Diebus Statutum, 28^{va} Aug[usti] Cessare debuisset nihilominus ob Tractatus, in Longum Se protrahentes, prologatu[m] est ad incertum tempus, qv[od] erat 14^a 8bris, qva Pax Inter Austriam, et Galliam Vienae Confecta, Subscripta, ac 15^a Ejusdem Viennae qvidem 100, Posonii vero 60 Tormentorum explosionibus manifestata, publicataq[ue] est, ast proh dolor! talis, tamq[ue] damnosa, qvalem Domus Austriaca nunquam somniasset, prout ex subseqvis Conditionibus patebit.

Puncta Pacis

1^o Cedit Austria Gallis Carnioliam cum Apertinentiis, – Ex Corinthia Circulum Villacensem. – Comitatum Goriciae. – Territorium Montis Falconis. – Gubernium, ac Urbem Tergestum cum Fiume, Buccari, Cattaro Portubus. Verbo omnes in Dextera Savi fluvii positas Ditiones, ita, ut Savus Limites Constituat.

2^{do} Regi Bavariae Cedit Ducatum Salisburgensem, et Bertoldsgadensem cum Parte Superioris Austriae, et qvidqv[od] in Imperio hucdum possedit.

3^{io} Regi Saxoniae Cedit Partem aliquam Bohaemiae, Regno Saxoniae adjacentem, cum Gallicia Occidentati in dextra Ripa Vistulae Sitam, ac insuper Territoriu[m] Cracoviense.

4^{to} Deniq[ue] Cedit Russo Zamosciensem Circulum in Gallicia orientali cum Impopulatione 400 Mille Animaru[m], excepta Urbe Prodi. Qv[od] autem His omnibus adhuc magis dolorosum exstitit fuit, qv[od] Imperator Franciscus Charissimam Filiam Suam M[a]r[i]a[m] Ludovicam infensissimo Hosti Suo Nuptui tradere coactus sit.

Discessus Galloru[m] & Adventus Austriacoru[m]

Novembris 20^a post 4 Mensium, et 5 Dierum Commorationem, excedentibus Posonio Gallis, et Foederatis omnibus, exceptis 1100 Aegrotis, et Necessariis Chyrgis, successit Militia Nostra, et qvidem Legionis Pedestris Confiniariorum Pars, item Legionis Klebek, et Zach, cum Una Cohorte è Legione Hussaroru[m] Stipsits, qvi apertis, et Volantibus Vexillis, Clangentibus, et Concrepantibus undiqve Tubis, Tympanis, Musicisq[ue] Instrumentis cum gaudio et exultatione, Ducente Eos Campi Mareschalli Locumtenente Bianky ingressi Civitatem in Principe Foro tantisper Substiterunt, donec R[everen]d[i] ss[i]mus D[omi]nus Can[onicus] et Abbas Rausch in Eccl[esi]a St. Salvatoris Hymnu[m] Ambrosianu[m] terminavit.

Item Caesaris

Die 22^{da} Ejusdem, August[us] Imperator hora 2^{da} Pomeridiana, Jaurino movens Mane, per Pontem Navalem a Gallis Constructum, et ab Ampl[issimo] Magistratu redemptum, advenit Posonium, condescenditq[ue] in Vacua Primatiali Domo, ubi Salutatus a Civico Magistratu et Generali Stabo, cum Ministris Aulicis frequentes habuit Conferentias de Negotiis tam Militaribus, qvam Politicis, nullam tamen mentionem faciendo de compensatione damni, licet sebsqvis Diebus totam Civitatem perlustraverit, enormemq[ue] Ruinam ab incendiis Causatam propriis Occulis conspexerit. Promisit tamen Se velle erigere Statuam in Civitate, Seu Monumentum fidelitatis Ejusdem erga Regem, et Regnum.

Nová vojna

Pozri, nové a nečakané nešťastia! Po obnovení vojny medzi nami a Francúzmi nepriateľ s takou rýchlosťou obsadil Viedeň, že už 17. mája na opačnom brehu Dunaja zastalo asi 1 400 francúzskych jazdcov,⁶ ktorí, pretože už predtým bol odstránený lietajúci most⁷ so všetkými ostatnými plavidlami a nemali možnosť prejsť na druhú stranu, nateraz upustili od toho dostať sa do Prešporka, ale ponáhľali sa cez Rakúsko na miesto bitky, ktorá sa odohrala 21. mája⁸ medzi Aspernom a Esslingom a bola veľmi krvavá. Nech aj bola táto bitka nepriaznivá pre doteraz neporazeného Napoleona, avšak pretože ju naši nedoviedli do víťazstva, ale dovolili nepriateľovi slobodne ustúpiť, ten sa za krátko znova zoskupil a posilnený vojskom z Bavorska a ríše⁹ prišiel koncom mesiaca máj opäť s úmyslom dobyť Prešporok. Utáboril sa v Kittsee a hoci naši vojaci, koľko im krátky čas dovolil, na opačnom brehu Dunaja vybudovali násypy a valy, početní Francúzi predsa napadli malý počet našich, ktorí tam boli. Dňa 1. júna okolo ôsmej hodiny večer na nich zaútočili puškami a delami, o desiatej hodine ich vyhnali z dedinky nazývanej Engerau,¹⁰ ktorú naši predtým vypálili, a odtiaľ potom spôsobili veľkú škodu mestu strelami z diel a mažiarov.

Obliehanie Prešporka

Dňa 4. júna od desiatej hodiny ráno do tretej hodiny popoludní zaútočili na mesto veľkými delovými guľami. Dve padli do našej záhrady spolu s jedným granátom, ktorého nájdená štvrtina vážila viac ako tri libry, ale to všetko bez nejakej veľkej škody, či už u nás, alebo v meste, okrem toho, že zabili jednu osobu¹¹ a niekoľko ďalších zranili. V nasledujúcich

⁶ V novinách *Preßburger Zeitung* sa uvádza, že francúzsky jazdecký oddiel sa na pravom brehu Dunaja oproti Prešporku objavil už večer 16. mája 1809. *Preßburger Zeitung*, 1809, roč. 45, č. 36, s. 417. Išlo o predsunutú jazdeckú hliadku, ktorá sa tu utáborila. Dve eskadrony sa pokúsili preplaviť na mestský breh, boli však odrazené. Dňa 20. mája Francúzi odtiahli, pretože Napoleon sústreďoval svoje sily na prechod cez Dunaj nad Viedňou pri ostrove Lobau. Bližšie pozri: ŠPIRKO – LUPTÁK, *Obrana bratislavského predmostia*, s. 5; WRETZL, *Bratislavské predmostí*, s. 3.

⁷ V skúmanom období pri Prešporku z dôvodu častých povodní neexistoval most z pevného materiálu. Preprava bola preto realizovaná prostredníctvom kyvadlového mosta, ktorý bol nazývaný aj lietajúcim mostom (die fliegende Brücke). V prostriedku toku Dunaja bol ukotvený dlhý rad člnov navzájom pospájaných lanami. Na dlhšom lane k nemu bola upevnená veľká kompa, ktorú po natočení kormidla prúd rieky ľahko presmeroval z jedného dunajského brehu na druhý. Takéto spojenie bolo bezpečné, pretože člny sa prispôbovali výške hladiny, s ktorou stúpali a klesali. V prípade potreby bolo možné kyvadlový most bez problémov rozobrať. Dňa 12. mája 1809 sa na ceste z Viedne do Prešporka objavili prvé prieskumné jednotky *Grande Armée*. O tri dni neskôr bol lietajúci most z bezpečnostných dôvodov odstránený a všetky lode boli stiahnuté k mestskému brehu.

⁸ Bitka pri Asperne-Esslingu sa odohrala v dňoch 21. a 22. mája 1809.

⁹ V skutočnosti išlo o Napoleonových spojencov z Rýnskeho spolku. Ten v roku 1806 nahradil Svätú rímsku ríšu nemeckého národa, ktorá v dôsledku Prešporského mieru prestala existovať. Bližšie pozri: ČAPO, Matej. Napoleonské vojny a stredná Európa. In: MÜCSKA, Vincent – RYBÁR, Lukáš – ROŠKOVÁ, Daniela (eds.). *Stredná Európa v premenách času. Štúdie k sociálnym dejinám. Druhý zväzok*. Bratislava : VEDA, vydavateľstvo Slovenskej akadémie vied, 2023, s. 98.

¹⁰ Obec Engerau sa nachádzala na území dnešnej Petržalky.

¹¹ Podľa iných prameňov pri delostreleckom bombardovaní prišli o život dve ženy. Porovnaj: ČAPO, Matej. Svedectvo Gregora Dankovského o obliehaní Prešporka v roku 1809. In: *Vojenská história*, 2023, roč. 27, č. 2, s. 90; ČAPO, Matej. Napoleonské vojny vo vzťahu k Prešporku očami vinohradníckej rodiny. In: *Vojenská história*, 2024, roč. 28, č. 2, s. 13.

dňoch sa bojovalo len v Engerau puškami, bajonetmi a šablami, ale sem tam bolo počuť aj burácanie diel, ktoré však nemohlo vyhnúť našich z násypov. Ale 12. júna vypálili veľký počet gúl a delostreleckých granátov, ľudovo nazývaných kartáče, a spôsobili, že sa zrútila veľká časť kláštora sv. Uršule a poškodili sa domy mešťanov. To všetko ešte bez požiaru až do 15. [júna – pozn. autora], keď podpálili most cez Dunaj,¹² ktorý do polovice zhorel, a preto sa nemohla poslať žiadna pomoc na jeho opravu. Hodno poznamenať, že koľkokrát nepriatelia urobili výpad na násypy v Engerau, toľkokrát aj vypálili množstvo gúl a bômb na mesto. Tak sa stalo, že 26. tohto mesiaca [júna – pozn. autora] aj náš konvent okolo jedenástej hodiny v noci od nich niečo utŕžil, keď dve gule prerazili jeho strechu, jedna z najväčších bômb rozmetala hromadu dreva vo dvore, no nezapálila ho, hoci ohoreného dreva bolo veľmi veľa.

Prvý požiar v meste

Ďaleko väčšiu skazu však spôsobili na Kapitulskej ulici jednou bombou, ktorá dopadla na mestskú faru. Tá v dôsledku toho vzplanula, a keď nepriatelia videli oheň, ihneď tým smerom nasmerovali mažiare a delá s guľami a kartáčmi, takže nikto nemohol prísť na pomoc bez ohrozenia života. Nakoniec celá ulica okrem troch domov až po kolegiálny kostol [Dóm sv. Martina – pozn. autora] ľahla popolom. Okrem toho aj v nižšie položennej ulici sv. Michala [Michalská ulica – pozn. autora] a vo Vydrici boli niektoré domy spálené a v susedstve boli rozbité všetky okná. Dňa 27. [júna – pozn. autora] večer prišiel sám kráľ František,¹³ ubytoval sa v Primaciálnom paláci na predmestí,¹⁴ ale ani tam nebol bez ohrozenia, lebo smrtiace gule dolietali až do susednej záhrady. Dňa 28. [júna – pozn. autora] monarcha, vidiac ruiny mesta, prišiel do radnice a tam zideným komisárom, ktorí požadovali, aby sa mesto vzdalo a nebolo úplne zničené, v slzách odpovedal, že v skutočnosti záchrana celého kráľovstva závisí od odporu, a preto nech ďalej trpezlivo znášajú akúkoľvek škodu, ktorú je pripravený nahradiť. Keď dostali tento sľub, mešťania trpezlivo znášali všetky ďalšie škody. Kráľ, vidiac, že ani jeho osoba tu nie je v bezpečí, odišiel, tak ako už predtým urobili magnáti a významnejší mešťania, ktorí sa nie bez dôvodu v záujme bezpečnosti utiahli sčasti na vlastné majetky, sčasti do susedných miest.

Druhý požiar

Nasledujúcu noc totiž nastalo hrozné burácanie diel a mažiarov všetkého druhu, ktoré nielenže spálili veľa židovských domov v Podhradí spolu s hostincom Biely Kríž¹⁵ a susednými jatkami, ale jedna väčšia bomba preletela aj strechou a klenbou nášho kostola. Preveľkou silou vrazila do prednej steny, kde vybuchla a spôsobila nám veľké škody, a síce dva susedné bočné oltáre a viaceré lavice boli poškodené úlomkami vybuchnutej bomby a všetky okná ako v kostole, tak aj na chóre popraskali v dôsledku silného výbuchu, ale

¹² Išlo o most cez Auparkské rameno Dunaja oddeľujúce ostrov Mostná niva, na ktorom sa nachádzalo opevnené predmostie, od obce Engerau.

¹³ František I./II. (12. 2. 1768 – 2. 3. 1835), v rokoch 1792 – 1835 český a uhorský kráľ, v rokoch 1792 – 1806 ako František II. posledný cisár Svätej rímskej ríše nemeckého národa a v rokoch 1804 – 1835 ako František I. prvý rakúsky cisár.

¹⁴ Išlo o Letný arcibiskupský palác, dnešné sídlo Úradu vlády Slovenskej republiky na Námestí slobody.

